

sed quia custodit ipsum Verbum Dei, per quod facta est, et quod in illa caro factum est. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES

et per Horas Antiphonae.

1. Portabatur * sacratissimum Corpus Virginis inclitis Apostolorum humeris per mediam civitatem Jerusalem.

2. Cuncti * Christi fideles sequebantur novi foederis arcam, nova modulantes cantica.

3. In illa die * factus est planctus magnus in Jerusalem in tanta Matris morte.

4. Flebat Joannes, flebant ceteri Apostoli, cuncti sancti amare plangebant.

5. Dum verò * corpus in sepulchro deponitur, sanctissima ejus anima in caelestibus regnis collocatur.

CAPITULUM. *Eccl. 38. 16.* Fili, in mortuum producit lacrymas, et quasi dire passus, incipe plorare, et secundum iudicium contege corpus illius, et non despicias sepulturam illius.

HYMNUS 300. *Vilaxitjana.*

Corpus MARLE Virginis
Curant fideles sedulif
Ostro tegunt et sericis,
Myrrha ac amomo condunt.
Auro feretrum fulgurans
Gemmæ decorant indicæ;
Thuris sabæi et balsami
Replent locum suffimina.
Ecclesiae sed Principes
Sumunt sibi, gratissimum
Pondus, feretrum; lampades
Turbae tenentes ambiunt.

It funus, effusis eunt
Cantus simul cum lacrymis,
Donec MARLE frigidò
Corpus sepulchro clauditur.
Corpus, Dei sacrarium,
Corruptionem nescies.....

Die XIV. Augusti.

Sic nos ab omni liberos,
O Virgo, fac contagio.

JESU, tibi sit gloria,

Qui natus è Purissimâ

Nos esse puros præcipis,

Purisque donas gaudis. Amen.

ÿ. Collocata est in sepulchro Virgo MARIA.

ÿ. Et posuerunt lapidem super illam.

Ad Benedict. ant. Acceperunt corpus ejus, et ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire, et posuerunt illud in monumento novo, in quo nondum quisquam positus erat.

Oratio.

Deus, qui virginalem uterum Beatae MARLE in quo requiesceres, eligere dignatus es, da nobis Assumptionis ejus solemniam praevenientibus, dignum in cordibus nostris habitaculum tuæ preparare majestati. Qui vivis.

AD PRIMAM.

Ant. Portabatur. *Capit.* Fili, in mortuum. *de Laudib.*

ÿ. ð. br. Quæ hodiè in sepulchro posita fuisti.

AD TERTIAM.

CAPITULUM. *Cant. 3. 5.*

Adjuro vos, Filiae Jerusalem, per capreas, cervosque camporum, ne suscitetis, neque evigilare faciat dilectam, donec ipsa velit.

ÿ. br. Plangat Virginem MARIAM * Omnis terra.—Plangat. ÿ. Familiae et familiae seorsum.—Omnis.—Gloria.—Plangat.

ÿ. Sepelierunt eam viri timorati. ÿ. Et fecerunt planctum magnum super eam.

AD SEXTAM.

CAPITULUM. *Luc. 26. 37.* Quia verò resurgat mortui, et Moyses ostendit secus rubum, sicut dicit Dominum, Deum Abraham,

Die XV. Augusti.

et Deum Isaac, et Deum Jacob. Deus autem non est mortuorum, sed vivorum, omnes enim vivunt ei.

ÿ. br. Sepelierunt eam * Viri timorati.—Sepel. ÿ. Et fecerunt planctum magnum super eam.—Viri.—Glor.—Sep.

ÿ. Virtus de corpore ejus exibat. ÿ. Et sanabat omnes.

AD NONAM.

CAPITULUM. *Joan. 3. 24.*

Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, et credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, et in iudicium non venit, sed transit de morte ad vitam.

ÿ. br. Virtus * De corpore ejus exibat.—Virtus. ÿ. Et sanabat omnes.—De.—Gloria.—Virtus.

ÿ. Collocata est in sepulchro Virgo MARIA.

ÿ. Et posuerunt lapidem super illam.

Vespera sequentis.

DIE XV. AUG.

SOLEMNITAS

ASUMPTIONIS B. MARLE V.

Dapl. prima. Class. cum Octava.
IN I. VESPER.

Ant. 1. Hodie Regina Mundi, Virgo MARIA ingressa est caelestem Jerusalem magno cum comitatu et divitiis, allel. *Psalmi de 1. Vesp. Solemnit.*

2. Attollite portas, principes, vestras, et elevamini portæ æternales, allel.

3. Elevamini portæ æternales, et introibit Regina gloriæ, allel.

4. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, inixta super dilectum suum, allel. allel.

5. Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri, allel.

CAPITULUM. *Judith. 13. 24.* Benedictus Dominus qui creavit

cælum et terram... quia hodiè nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum.

ÿ. Adamavit eam Rex plusquam omnes mulieres, habitique gratiam et misericordiam coram eo.

* El posuit diademata regni in capite ejus, fecitque eam regnare, alleluia, allel. ÿ. Tu eris super domum meam, et ad tui oris imperium cunctus populus obediet: uno tantum regni. soho te præcedam.—El posuit.—Gloria.—Adamavit.

Et dicitur hodiè tantum.

HYMNUS 301. *Brev. Gall.*

Quid illo solemniss die,

Quo longa post suspiria,

Mater vocanti Filio,

Regina Regi jungeris?

Ad astra mille te vehunt

Pennis ministri Spiritus:

Ambit suo te numine,

Qui te vocat Matrem, Deus.

Quid hoc triumpho clarius,

Cujus Deus pars maxima?

Hærent in unâ Virgine

Fixi, stupentque cœlestes.

Ut castra quæ bellum parant

Nudis in armis horrida,

Sic Virgo formidabilis

Turmas averni dissipas.

Qui late nos infecerat,

Serpens profundo vulnere

Confossus æternum jacet:

Et hoc trophæum Virginis.

JESU, tibi sit gloria,

Matrem vocans ad Sydera,

Cum Patre et almo Spiritu

In sempiterna sæcula. Amen.

Hæc Doxol. dicitur per Octav.

ÿ. Exaltata est Sancta Dei Genitrix, allel.

ÿ. Super choros angelorum ad caelestia regna, allel.

Ad Magnif. ant. Veni, benedicta Filia Patris mei: veni, percipe regnum, quod tibi paratum

est ante constitutionem mundi,
allel. allel.

Oratio de Laudib.

Complet. de Dominicâ.

AD MATUTIN.

Invitor. Christum Regem venientem in occursum Matris suæ hodiè in cœlum assumptæ. * Venie, adoremus, allel. allel.

HYMNUS 302. *Brev. Paris.*

O vos æterei plaudite cives:
Hæc est illa dies clara triumpho,
Quâ Matrem placidâ morte solutam
Natus sidereâ suscepit aulâ.

Quæ non, Virgo, tibi dona rependit?

Cœli divitiæ explicat omnes:
Verbum vestieras carne; vicissim
Te Verbum proprio lumine vestit.

Qui velo latuit carnis, aperit
Pleno te sauciat Numinis haustu:
Et quem virgineo lacte cibasti,
In jugem tibi dat se Deus escam.

O concessa tibi quanta potestas!
Per te quanta venit gratia terris!
Cunctis cœlitibus celsior una,
Solo facta minor, Virgo, Tonante.

Quæ Regina sedes proxima Christo,
Allo de solio vota tuorum
Audi, namque potes flectere Natum,

Virgo Mater: amas nos quoquæ natos.
Divinæ Soboli qui dare Matrem
In terris voluit, gloria Patri:
Cujus Virgo parens, gloria Nato:
Quo fecunda tibi, gloria Flamen.

Amen.

IN I. NOCT.

Ant. 1. Signum magnum* apparuit in cœlo: mulier amicta sole, allel.

Psalm. 11. In Dominâ confido. p. 20.

2. Exallate MARIAM* hodiè,

quæ exallata est super sidera, allel.

Psalm. 12. Usquequò. p. 4.

3. Surge, Domine, in requiem tuam, tu et arca Sanctificationis tuæ, allel.

Psalm. 23. Domini est p. 23. y. Aperit est templum Dei in cœlo, allel.

y. El visa est arca testamenti ejus, allel.

De canticis canticorum.

LECTIO 1. c. 3. v. 4.

QUÆ EST ISTA, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatis myrrhæ et thuris, et universi pulveris pigmentarii? Quàm pulchra es, amica mea, quàm pulchra es! Oculi tui columbarum absque eo, quod intrinsecus latet. Veni de Libano, Sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amanæ, de vertice senir et Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Vulnerasti cor meum, Soror mea Sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, et in uno crine colli tui. Tu.

y. Vidi cœlum novum, et terram novam, et audivi vocem magnam de throno dicentem: * Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis, allel. allel. y. Vidi sanctam civitatem, Jerusalem novam, paratam sicut Sponsam ornalam viro suo.—Ecce.

LECTIO 2. c. 6. 9.

QUÆ EST ISTA, quæ progreditur, quasi aurora surgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis, ut castrorum acies ordinala? Revertere, revertere, Sulamitis; revertere, revertere, ut intueamur te. Quid videbitis in Sulamite nisi choros castrorum? Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, Filia Principis! Quàm pulchra es, et

quàm decora carissima in deliciis! Tu.

y. Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem: * Fulcite me floribus, et stipate me malis, quia amore langueo, allel. allel. y. Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.—Fulcite.

LECTIO 3. c. 8. 5.

QUÆ EST ISTA, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum? Poneme ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est, ut mors dilectio; dura sicut infernus amulatio: lampades ejus, lampades ignis atque flammæ. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illum: si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Tu.

y. Die autem tertio deposuit vestimenta ornatis sui, et circumdata est gloriâ suâ: * Cumque regio fulgeret habitu, rosæ colore perfusa, ingressa est Jerusalem multo cum comitatu et divitiis, alleluia, allel. y. Et surrexit rex in occursum ejus, positusque est thronus matri Regis, quæ sedit ad dexteram ejus.—Cumque.—Gloria.—Die aut. in diebus infra Octav. Cumque.

IN II. NOCT.

Ant. 1. Hymnum* cantemus hodiè: hymnum novum cantemus Domine nostræ, alleluia.

Psalm. 47. Magnæ es Dom. p. 31.

2. Et duellant* aream testamenti Domini in jubilo, et in clangore buccinæ, alleluia.

Psalm. 58. Eripe me. p. 33.

3. Introduxerunt eam, * et imposerunt in loco suo, in medio tabernaculi, alleluia.

Psalm. 64. Te decet. p. 34.

y. Assumpta est MARIA in cœlum, alleluia.

y. Gaudet Angeli, alleluia. Sermo S. Thomæ Archiep. Valentini. Conc. 2. in Assumpt. B. V. M.

LECTIO 4.

Quid agitis, Apostoli? Cur non post tertium abeuntis clamatis, dicentes: Virgo prudentissima, quò progredieris, quasi aurora valdè rutilans? Filia Sion, pulchra ut luna, electa ut sol. Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, Filia Principis? Revertere, revertere, ut intueamur te. Jam cœlos læta contingerat, manibus delata Potentis, cum ecce ei occurrit Angelorum innumera multitudo, decorem illius et gloriam admirantium, voceque jucundâ perunciantium: Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatis myrrhæ et thuris, et universi pulveris pigmentarii. Tu.

y. Signum magnum apparuit in Cœlo: * Mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim, allel. allel. y. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.—Mulier.

LECTIO 5.

Sed non faciliè interrogatio solvitur, non levitè questio ista concluditur? Quis vobis, o Angeli, responderit? Quis dicere poterit, quæ est ista? Non mihi, si lingua centum, si ora centum, si ferrea vox, si centium, inquam, ora darentur, dicere non sufficerem: quæ est ista? Hæc rubus ille ardens et incombustus, cui Dominus impressus: hæc vellus madidum in arê sicca, cui se placidus è celo imber infudit. Hæc scala cœli, per quam ascendunt et descendunt Angeli, in cujus medio affixus est Christus. Hæc porta orientalis

clausa, per quam solus intrat et egreditur Princeps. Hæc virga Aaron, nullo humano opere florida, super ejus florem Spiritus Domini requievit. Tu.

¶ Dominus contulit ei splendorem, * Ut incomparabili decore omnium oculis appareret, allel. allel. ¶ Benedictus Dominus, qui exaltavit eam super omnes choros angelorum.—Ut incomparabili.

LECTIO 6.

Quæ est ista? Templum Dei est, Spiritus sacrarium est, Filii Dei thalamus est, Trinitatis domicilium est, purpura regis est. Hæc propitiatorium, hæc arca, hæc arca, hæc manna, hæc arca testamenti. Hæc tiara Pontificis aurea, cui sacrum Deinomen insculptum. O Angeli! Quid dicam vobis: quæ est ista? Sed quid nos eam prædicamus? Vos potius nobis dicite: quæ est ista? qui ejus decore et venustate, qui ejus splendore et claritate frui: vobis nunc melius innotescit, quæ est ista? Sic ergo Virgo sacra, Filii sui Unigeniti manibus delata, Patris omnipotentis conspectibus præsentatur, et super cherubim ad dexteram suam in solio regio collocatur. Tu.

¶ Gloria et honore coronasti Matrem tuam, Domine, * Et constituisti eam super opera manuum tuarum, allel. allel. ¶ Posuisti Domine, super caput ejus coronam de lapide pretioso.—Et.—Gloria Patri.—Gloria et honore. *In diebus infra Oct.* Et constituisti.

IN III. NOCT.

Ant. 1. Vidi Spectosm * sicut columbam ascendentem desuper rivus aquarum, alleluia.

Ps. 96. Dominus regn. p. 42.

2. Surge, * propera, columba mea, formosa mea, et veni, allel.

Ps. 98. Dominus regnavit. p. 42.

3. Memorare, * Domina, dierum humilitatis tuæ et loquere regi pro nobis, allel.

Ps. 103. Benedic, anima, p. 43.

¶ MARIA Virgo assumpta est ad ætherum thalamum, allel.

¶ In quo Rex regum stellato sedet solio, allel.

LECTIO 7. c. 10. 38.

In illo tempore: Intravit JESUS in quoddam Castellum, et mulier quædam, Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et reliqua. Homilia S. Bernardi Abbatis.

In Assump. Ser. 1.

Quem in castellum mundi hujus intrantem prius Virgo suscepit, ab eo suscipitur hodie sanctam ingrediens civitatem. Sed cum quanto putas honore, cum quantâ putas exultatione, eam quantâ gloriâ? Nec in terris locus dignior uteri virginis templo, in quo Filium Dei MARIA suscepit, nec in cælis regali solio, in quo MARIAM hodie MARIE Filius sublimavit. Felix nimirum utraque susceptio: ineffabilis utraque, quia utraque inestimabilis est. Tu.

¶ Paululum cum pertransissem omnes choros angelorum, inveni, quem diligit anima mea: * Tenui eum, nec dimittam, allel. allel. ¶ Lava ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.—Tenui. *Bened.* Cujus Assumptionem.

LECTIO 8.

Ut quid enim ea hodie in ecclesiis Christi evangelica lectio recitatur, in qua mulier benedicta in mulieribus excepisse intelligitur Salvatorem? Credo, ut hæc quam celebramus ex illâ susceptione aliquatenus æstimetur, imò ut juxta illius inestimabilem gloriam inestimabilis cognoscatur et ista. Tu.

¶ Hæc est illa præclara festivi-

tas, omnium sanctorum festivitatis incomparabilis, in qua * Gloriosa et felix Virgo MARIA, mirantibus cælestis curiæ ordinibus, ad æterum pervenit thalamum, allel. allel. ¶ Ascendit Christus super cælos, et preparavit sive Sanctissimæ Matri immortalitatis locum.—Gloriosa.

Hoc §. dicitur tantum hæc die.

LECTIO 9.

Felix planè MARIA et multipliciter felix, sive cum excepit Salvatorem, sive cum à Salvatore suscipitur: utrobique mira dignitas Virginis Matris, utrobique amplectenda dignatio majestatis. Intravit, inquit, JESUS in quoddam Castellum, et mulier quædam excepit illum in domum suam. Sed laudibus magis vacandum est, quòd festis præconis hæc dies debeat. Tu.

¶ Adamavit eam Rex plusquam omnes mulieres, habuitque gratiam, et misericordiam coram eo. * Et posuit diadema regni in capite ejus, fecitque eam regnare, allel. allel. ¶ Tu eris super domum meam, et ad tui oris imperium cunctus populus obediet: uno tantum regi solio te præcedam.—Et.—Gloria.—Adamavit.

In dieb. infra oct. Et posuit.

AD LAUDES

et per Horas antiphonæ.

1. Paradisi portæ per te nobis apertæ sunt, quæ hodie gloriosam cum angelis triumphas, alleluia.

Psalmi de Laudib. Dominice.

2. Viderunt eam * filia Sion, et Beatam dixerunt: et reginæ laudaverunt eam, allel.

3. Assitit Regina * à dextris Dei, in vestitu deaurato, circumdata varietate, allel.

4. Amici solari * lumine, veluti vestimento, duodecim stellarum coronâ radiat radianti, allel.

5. Ecce exaltata es * super

choros angelorum, intercede pro nobis, Virgo sacra, allel.

CAPITULUM. *Judith. 13. 21.* Benedictus Dominus qui creavit cælum et terram.... quia hodie nomen tuum, ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum.

HYMNUS. 303. *Brev. Gallic.* Quæ cælo nova nunc additur hospes?

Sese tola poli regia pandit: Ruptis, Virgo parens, libera vinculis

Caro, se properat reddere Nato. Quantum delituit paupere lecto, Tantum splendida nunc fulget in astris:

Se velare quibus Mater amabat, Densas natus amat rumpere nubes.

Olim quæ fuerit juncta marito, Et de connubio credita Mater, Totum jam colitur nota per orbem Cum Matris titulus integra Virgo.

Ancillæ tribuit, quæ sibi nomen, Cælesti dominans regnat in aula: Quæ tot passa necesse Proles amore, Jam secura suâ Prole triumphat.

Nostras tu, nova lux, discute noctes,

Tu, Regina, graves solve catenas: Cæcos, stella maris, dirige cursus; Da, quo tu fruæris, cernere Natum.

Divinæ Soboli, qui dare Matrem In terris voluit, gloria Patri: Cujus Virgo parens, gloria Nato: Quo fecunda tibi, gloria, Flamen. Amen.

¶ Postuisti in capite ejus, allel.

¶ Coronam de lapide pretioso, alleluia.

Ad Bened. ant. Virgo prudentissima, * quò progredieris, quasi aurora valde rutilans? Filia Patri, tota formosa et suavis es: pulchra ut luna, electa ut sol, allel. allel.

Oratio.

Subveniat, Domine, plebi tuæ Dei Genitricis oratio, quam hodiè super omnes choros angelorum sublimatam colimus, ut, ipsâ pro nobis jugiter deprecante, ad cœlestem gloriam pervenire mereamur. Per eundem Dominum.

AD PRIMAM.

Ant. Paradisi. Capit. Benedictus. de Laudibus.

ŷ. R. br. Quæ hodiè in cœlum assumpta fuisit. Et dicitur per Oct.

CANON.

EX CONCILIO TRISINGENSI.

Ann. 1440. Cap. 25.—Concilior. Tom. 33. p. 720.

349. Festivitate Assumptionis Beatæ Virginis gloriose à Vesperis Vigilæ ejusdem usque ad Vesperas ejusdem Festivitatè inclusivè campanæ pulsantur, et januis apertis allâ voce divina officia solemniter celebrantur. Tu.

AD TERTIAM.

CAPITULUM. Jud. 15. 10.

Benedixerunt eam omnes mâ voce dicentes Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Isaael, tu honorificentia populi nostri.

R. br. Ascendit super Cherubim, * Allel. allel.—Ascendit ŷ. Et volavit super pennas ventorum.—Allel.—Glor.—Ascendit.

ŷ. Exaltata est Sancta Dei Genitrix, allel.

R. Super choros Angelorum ad cœlestia regna, allel.

AD SEXTAM.

CAPITULUM. 3. Reg. 10. 13.

Rex autem dedit reginæ omnia, quæ voluit, et petivit ab eis: exceptis his quæ ultro obtulit ei munere regio.

R. br. Pete, Mater mea, Pete, * Allel. allel.—Pete. ŷ. Neque enim fas est, ut avertam faciem tuam.—Allel.—Gloria.—Pete. ŷ. Postula

à me, et dabo tibi gentes in hæreditatem tuam, allel. ŷ. Et in possessionem tuam terminos terræ, allel.

AD NONAM.

CAPITULUM. Bar. 5. 10.

Circumdabit te Deus diploide justitiæ, et imponet mitram capiti honoris æterni. Deus enim ostendit splendorem suum in te omni qui sub cœlo est.

R. br. Corona aurea super caput ejus, * Alleluia, alleluia. ŷ. Expressa signo sanctificationis, et opus fortitudinis.—Allel.—Glor.—Corona.

ŷ. Eris corona gloriæ in manu Domini, allel.

R. Et diadema regni in manu Dei tui, allel.

IN II. VESPER.

Ant. 1. Surrexit Dominus * JESUS in occursum suæ dulcissimæ Matris, allel.

Psalm. de 2. Vesp. solemn.

2. Exaltavit eam * super choros angelorum, ut nihil contempleretur super se Mater, nisi Filium suum, alleluia.

3. Virgo sola * constituit hierarchiam secundam sub Deo hierarchâ primo, alleluia.

4. Quantum enim gratiæ * in terris adepta est præ cæteris, tantum et in cœlis obtinet gloriæ singularis, allel.

5. Memorare dierum * humilitatis tuæ in regno tuo, et loquere Regi pro nobis, allel.

CAPITULUM. Jud. 13. 24.

Benedictus Dominus qui creavit cœlum et terram... quia hodiè nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum.

R. Adamavit ut in 1. Vesp.

HYMNUS 304. Brev. Gallie

Parata cum te poscerent,

O Virgo, cœli præmia,

Purum, sacratum artibus

Amor resolvit Spiritum.

Sed vieta partu mors tuo

Te labis expertem nequit,

Sois nec audet stringere

Vita parentem nexibus

O qualis inter obvios

Regina scandit cœlestes!

Quam pulchra celsæ proxima

Sedi Tonantis assidet.

Amicta sole femina,

Lunamque subjectam premens,

Bissecta, cui cingunt caput

Fulgore miro sydera.

O tu clientum cui preces,

Cui vota cordis, Judicem

Præberè nobis, quod potes,

Patrona, placatum velis.

JESU tibi sit gloria,

Matrem vocans ad sydera,

Cum Patre et almo Spiritu

In sempiterna sæcula. Amen.

ŷ. Specie tuâ et pulchritudine

tuâ, allel.

R. Intende prosperè procede et

regna, allel.

Ad Magnif. ant. Hodie MARIA Virgo, * cœlos ascendit: gaudete, quia cum Christo regnat in æternum, allel. allel.

Oratio de Laudib. Completor. de Dominicâ.

In Domin. et aliis diebus infra

octav. officium fit ut in die Assumpt.

Psalmi et Lect. 1. Noct. fer. occur.

DIE XVI. AUG.

DE II. DIE INFRA OCTAV.

Semiduplex.

AD MATUTIN.

HYMNUS 305. J. M. Caryophil.

Inferis mersi periere vivi,

Qui Deo carum populum sciderunt:

Ergo quæ summis sociavit ima,

Viva triumphat.

Servat illæsum paradisus Hænoch,

Vivus ut prece domet antichristum:

Ergo quæ cunctos domat antichri-

stos,

Viva triumphat.

Inæno raptus peli alta curru

Vivus Hælias, moriturus olim;

Ergo quæ scandit, rapiente Christo,

Viva triumphat.

Nescit internam benedicta mortem,

Franci externam superando mor-

tem,

Ergo prostrernens utriusque vires

Viva triumphat.

Sit decus summo sine fine Christo,

Sancta quem Virgo genuit MARIA,

Qui Patri compar Spiritui Sancto

Regnat in ævum. Amen.

Lect. 1. Noct. fer. occur.

IN II. NOCT.

Sermo S. Joannis Damasceni.

Orat. 2. in Dorm. B. V.

LECTIO 4.

Post tres autem dies angelico cantu cessante, qui aderant apostoli (cum unus Thomas, qui abfuerat, post tertium diem venisset, et quod Deum suscepserat, adorare voluisset), tumulum aperuerunt: sed omni ex parte sacrum ejus corpus nequaquam invenire potuerunt. Cum ea laudum invenisset, in quibus fuerat compositum, et ineffabil, qui ex his proficisceretur, essent odore repleti, loculum clauserunt. Tu. R.

LECTIO 5.

Ejus mysterii obstupescati miraculo, hoc solum cogitare poterunt, quod cui placuit ex MARIA Virginem carnem sumere, et hominem fieri et nasci, cum esset Deus Verbum, et Dominus gloriæ, quique post partum incorruptum servavit ejus Virginitatem, eadem etiam, et ipsius postquam migravit, immaculatum Corpus, incorruptum servatum, translatione honorare ante communem et universalem resurrectionem. Tu. R.

LECTIO 6.

Aderant tunc cum Apostolis sanctissimus Timotheus primus Epi-

scopus Ephësiarum, et Dionysius Areopagita, sicut ipse testatur in iis, quæ de beato Hierotheo, qui ipse quoque tunc aderat, scriptis ad prædictum Timotheum, sic dicens: Nam etiam apud ipsos à Deo afflatus sacerdotum Antistes, quando nos quoque, ut nosti, et multi ex sanctis nostris fratribus, ad contendendum corpus, quod vitæ principium dedit, et Deum suscepit, convenissemus: (aderat autem et Domini frater Jacobus, et Petrus suprema et antiquissima Theologorum summitas) et viso sacro corpore, placuit omnibus, prout quisque poterat, hymnis celebrare infinitam bonitatem divina potentie. Tu. ¶

IN III. NOCT.

LECTIO 5. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 10. 38.

In illo tempore: Intravit JESUS in quoddam castellum, et mulier quædam, Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia D. Eusebii Episcopi.

In Bibliot. maxim. Patrum. tom. 5. p. 1. p. 214.

Merito ergo Sancti Patres constituerunt, ut in hæc solemnitate Beatæ Virginis MARIE hoc Evangelium legeretur, quæ specialiter quidem per has duas mulieres significatur. Ipsa enim inter omnes creaturas Beatissima Virgo utriusque vitæ, activæ videlicet, et contemplativæ plus cæteris omnibus privilegia contulit. Ipsa quoque sicut Martha, imò melius quam Martha, suscepit Christum, non solum in domum suam, verum etiam intra claustra uteri sui. Ipsa eum concepit, ipsa eum genuit, ipsa eum peperit, et portavit, et plusquam Martha, et frequentius ei ministravit. Tu. ¶

LECTIO 8.

Ipsa denique sicut MARIA ejus

verbum non solum audiebat, verum etiam in corde suo conferebat, nobisque ad legendum et audiendum custodiebat. Sic enim scriptum est: MARIA autem conservabat omnia verba hæc confersens in corde suo. Ipsa cum non solum secundum humanitatem, verum etiam secundum divinitatem, et contemplari, et plus omnibus cognoscere meruit. Ipsa igitur optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Tu.

¶ Adamavit eam.

LECTIO 9.

Commem. Voti Regis Galliarum.

Ex Brev. Gallie.

Ludovicus decimus tertius Francorum Rex se Beatæ Virginis MARIE, summe sceptrum, coronam et regnum dicavit, ac consecravit, et in memoriâ ejus mancipatus, jussit fieri post vespertas diei Festi Assumptionis Processionem ritu et apparatu quàm maximè solemnè in singulis Dominationis suæ Ecclesiis. Hoc edictum Anna Austriaca confirmavit, et Ludovicus decimus quintus litteris ad omnium Galliarum Episcopos missis, anno millesimo septingentesimo trigesimo octavo pia vola renovavit. Tu.

Te Matrem.

CANON.

Ex Concilio Armenorum.

Ann. 1342. art. 50. apud Martene.

350. Sciendum est, quod Ecclesia Armenorum credit et tenet, quod Sancta Dei Genitrix virtute Dei assumpta fuit in cælum cum corpore. Tu.

Vesperæ Dupl. ut in II. Vesp. Assumpt. Psalm. de fer. Oratio seq.

DIE XVII. AUG.

IN EXALTATIONE B. M. V.

Duplex maj.

Lecl. 1. Noct. et alia non prop. ut in die Assumpt.

Oratio.

Deus, qui nos hodiernâ die Exaltationis Sanctissimæ Genitricis tuæ annuâ solemnitate lætificas: prælaquamus, ut ejus cælestem gloriam venerando in terris, ipsâ in cælis profui mereamur. Qui vivis.

AD MATUTIN.

HYMNUS 306.

Adest dies lætitiæ

Jucundus omni homini

In quo Regina Virginum

Scandit iter astriferum.

Angelorum præfulgidis

Circumvallata cuneis:

Quamque Sanctarum Virginum

Sequitur agmen inclitum.

Ut deceat omnes credere.

Cælesti diademate

Clausus occurrit obvius

Christus ex eâ genitus.

Ultra angelorum gloriam

Totum delicti nescium

Secum ad Patris solium

Reportat pignus optimum.

Cælestis regni civitas,

Et ejus omnis dignitas

Parentem sui Principis

Votis honorat congruis.

Cum quibus nos lætissima

Hujus diei gaudia,

Concelebremus alacres

Deum laudando supplices.

Hujus festi clarissima

Prosequamur præconia

Mentis affectu supplices

Affectu vocis alacres.

JESU, tibi sit gloria,

Matrem vocans ad sidera

Cum Palre et Almo Spiritu

In sempterna sæcula. Amen.

Lecl. 1. Noct. ut in die Assumpt.

IN II. NOCT.

Ex verbis B. Alberti Magni Ep.

De Laudib. B. V. libr. 3. c. 12.

Beata Virgo in Assumptione suâ

LECTIO 4.

Beata Virgo in Assumptione suâ

exaltata est super omnes ordines Angelorum, et Sanctarum animarum. Unde canitur: Vidi speciosam sicut columbam ascendentem desuper rivos aquarum. Aquæ istæ sunt virtutes angelicæ, et cælestes populi. Duo rivi Angeli, et animæ Sanctæ: Vel rivi aquarum ordines angelorum, scilicet, Angeli, Archangeli, Principatus, Virtutes, Potestates, Dominationes, Throni, Cherubim et Seraphim. Tu. ¶

LECTIO 5.

Item debent ordinari, et enumerari virtutes cælorum, et ordines sanctarum, scilicet, Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines, et omnes hujusmodi justî. Propter privilegium suæ Ascensionis super ordines sanctorum universos gloriatur, ubi dicit: Introduxit me Rex in cellaria sua, pluraliter. Contentus est enim suo cellario quilibet ordo Sanctorum, et Angelorum, id est, suâ mansione. Tu. ¶

LECTIO 6.

Sed MARIA speciali privilegio in omnibus est introducta, quæ sicut merita, ita et præmia omnium creditur assecuta, utpote cui non contentia Virginum, nec sobrietas Confessorum, nec patientia Martyrum, nec zelus Apostolorum, nec fides Patriarcharum, nec puritas Angelorum creditur defuisse. Immo etiam sicut meritis, sic et præmiis supergressa est Sanctorum ordines universos. Quantum in terrâ adepta est MARIA gratiæ præ cæteris, tantum in cælo obtinet gloriæ singularis. Tu. ¶

IN III. NOCT.

Leclio 5. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 10. 3.

In illo tempore: Intravit JESUS in quoddam Castellum, et mulier

quædam, Martha nomine, exceptit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia S. Bernardini Senensis. *Serm. in Exaltat. B. V. M. art. 1. cap. 4.*

Maxima excellentia est, quod Virgo Beata sit Mater Dei: majus est enim quod ipsa sit Mater Dei, quam quod sit Domina creaturarum Dei. Hoc enim dependet ab illo, sicut ramus à sua radice: ergo certitudinaliter tenendum est, quod ipsa est super omnes ordines angelorum, tanquam per se implens ac continens unum integrum ac totalem statum, cui secundum relictam rationem altera persona congruè non potest addi: quia ipse status ex sui ratione propter dignitatem incommunicabilem exigit unitatem. Sicut enim nullatenus deest plures esse Christos, nec Deum plures homines esse, sic nullo modo deest Dei Filium, nisi unam Matrem naturalem habere. Tu. ♯.

Bened. Cujus Exaltationem.

LECTIO 8.

Item ratio naturalis ex gratuità lege aperit ac directè dicit, quod Mater regis omnium est in sede regis super omnes ordines ministrorum et militum collocanda. Unde quia est electa ad dignitatem transcendentelem omnem dignitatem ministrorum et famulorum, quia ratio materni amoris ejus, qui fertur in Deum, ut in suum Filium realem, à nullo alio affectu ejussumque, qui non est realiter Mater Dei, præterquam ab ipsâ participari potest. *Lect. 9.* Nam ut dicitur, sicut Filius Dei sedet à dextris majestatis in excelsis, tantò melior angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditavit, quod nomen est, ut sit vere Deus per gratiam unionis; sic et Mater Domini nostri JESU, glorio-

sa MARIA, tantò melior est Angelis effecta, quantò præ omnibus creaturis, ut obtineret dignissimam Matris nomen. Tu. ♯. Adamavit.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Herdensis de Salute.

Ingenitè cultus, quo Deipara Sanctissima sub invocatione de Salute in lignè ejus Imagine, quæ Ilerdæ in parochiali templo Sancti Andree Apostoli asservatur, afficitur, origo eisi omnino igneretur; nam nulla circa illam extant scripta testimonia; hæc duo tamen certa ab omnibus habentur: primò quod antiquissimus is cultus fuerit, ac deinde quod continuus ac major in dies semper. Dominicè presertim ultimè Augusti ipsi sacræ cum totâ sequenti hebdomadâ Ilerdenses suum erga eam affectum ac animi gratitudinem ob accepta salutis beneficia mirificè ostendunt non tantum solemniori ecclesiastico cultu, sed etiã artis ignibus, ad morem regionis diversis cursibus, ac aliis publicis lætitiæ testimoniis. Tu. ♯. Te Matrem.

Ad Benedic. ant. Hodie exaltata est Sancta Dei Genitrix super choros Angelorum, et super ordines Sanctorum omnes, ad cælestia regna, alleluia, alleluia.

CANON.

Ex Epistola Synodicâ Theodori Patriarchæ Jerosolymitani. *Probata in Concil. Nicen. II. ann. 782. apud Perrone de immaculato Virginis Conceptu.*

351. Verè Dei Mater est, et ante partum et post partum Virgo, atque omnis intelligibilis ac sensibilis naturæ gloria et claritate creata sublimior. Tu.

Vesper. ut in die Assumpt. in 2. Vesp. Psalmi de ferid.

Ad Magnif. ant. Constituiti eam super omnia opera manuum tuarum, et subiecisti omnia sub pedibus ejus, allel. allel. Orat. de Laud.

DIE XVIII. AUG.

DE IV. DIE INFER OCTAV.

Semiduplex.

AD MATUTIN.

HYMNUS 307. Laur. M. Fulgin. Te Deus primo sapiens ab ævo Nesciam labis, meritis referiam, Nobilem Sponsam sibi consecravit Fodere certo.

Et tibi castos thalamos paravit In poli celsâ rutilantis arce, Unde mortales oculis benignis Cernere possis.

Tu polo cæcis oculis ab alto Lumen optatum miserata reddis: Integre mulis labiis loquelæ Munera præbes.

Languidos curas sapiens Magistra, Pauperes citas opibus supernis, Carcerum dæcos aditus recludis, Vincula solvis.

Sit decus summos sine fine Christo, Sancta quem Virgo genuit MARIA Qui Patri compar Spiritui Sancto Regnat in ævum. Amen.

Lectio 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Serm. 1. de Assumpt. B. V.

LECTIO 4.

Virgo hodiè gloriosa celos ascendens, supernorum gaudia civium copiosis sine dubio cumulavit augmentis. Hæc est enim: cujus salutationis vox et ipsos exultare fecit in gaudio, quos materna adhuc viscera claudunt. Quod si parvuli necdum nati anima liquefacta est, ut MARIA locuta est, quid putamus quænam illa fuerit cælestium exultatio, cum et vocem audire, et videre faciem, et beatè ejus frui præsentia meruerunt? Tu. ♯.

LECTIO 5.

Sed et illud quod cogitare sufficit, quam gloriosa hodiè Mundi Regina processerit, et quanto devotionis affectu tota in ejus occursum cælestium legionum proderit multitudo; quibus ad thronum gloriæ canonicis sit deducta; quam placido vultu, quam serenâ facie, quam divinis amplexibus suscepta à Filio, et super omnem exaltata creaturam, cum eo honoro, quo tanta Mater digna fuit, cum eâ gloria, quæ tantum deceit Filium. Tu. ♯.

LECTIO 6.

Felicia prorsus oscula labiis impressa lactentis, cui virgineo Mater applaudebat in gremio. Verùm nunquid non feliciora censebimus, quæ ab ore sedentis in dexterâ Patris hodiè in beatâ salutatione suscepit, cum ascenderet ad thronum gloriæ, epitalam, hium canens et dicens: osculetur me osculo oris sui? Christi generationem, et MARIE Assumptionem, quis enarrabit? Quantum enim gratiæ in terris adepta est præ cæteris, tantum et in cælis obtinet gloriæ singularis. Tu. ♯.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 10. 38.

In illo tempore: Intravit JESUS in quoddam Castellum, et mulier quædam, Martha nomine, exceptit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Serm. 2. in assumpt. B. V.

Fortè curiosus quisque requiret, cur in præsentî evangelicâ lectione nulla prorsus Lazari mentio fiat. Arbitror sanè, ne id quidem à propositâ similitudine dissidere, Virginalè etenim domum intelligi volens Spiritus, silium non incongruè penitentiam, quæ malum

utique comitatur. Absit enim, ut proprii quicquam inquinamenti domus: hæc aliquando habuisse dicitur, ut in eâ proinde scopa Lazari quaererentur. Tu. §.

LECTIO 8.

Sit ergo Lazarus apud eos, quorum necesse est ab operibus mortuis conscientias emundari: secedat inter vulneratos dormientes in sepulchris, ut in thalamo virginali inveniantur Martha, et Maria tantum. Neminem autem moveat, quod suscipiens mulier Dominum, non Maria sed Martha vocatur: quando in hæc unâ et summâ MARIA, et Martha negotium, et Maria non otiosum otium invenit. Omnis quidem gloria filia regis ab intus, nihilominus tamén in limbris aureis circumarctata est varietate. Tu. §.

LECTIO 9.

Pro commemoratione Victoriæ Regis Gallia.

Ex Brev. Paris.

Philippus pulcher, Rex Francorum anno millesimo trecentesimo quarto insignem de Flandris rebellibus victoriam reportavit, quam à Deo, suffragante Deiparâ, concessam statim intellexit. Quo autem tanti beneficii memoria posteritate transmitteretur concessi Ecclesie Parisiensi centum libras annui et perpetui redditus, eâ lege, ut solummodo iis distribueretur, qui officio Ecclesiastico hujus diei inleressent. In pronoa Ecclesie statuum suam equestrem coram beata Virginis imagine in perenne collati beneficii monumentum, etiâmm erigi voluit. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex Concilio Marciacensi.
Ann. 1325.—*Labb. Tom. 7.*
col. 1520. c. 19.

532. In Festivitate Assump-

tionis Virginis gloriosæ campanæ pulsantur, et januis apertis altâ voce divina officia solemniter celebrantur. Tu.

Vesperæ de sequenti.

DIE XIX. AUG.

CORONATIONIS B. M. V.

Duplex secunda Clasis.

Psalmi et alia non prop. ut in die Assumpt.

IN I. VESP.

Psalmi de 1. Vesper. solemnitatium.

Antiphona de 2. Vesper. Assumpt.

Capitul. de Laudibus et Hymnus ut in 1. Vesper. Assumpt.

Ad Magnif. ant. Veni Filia Dei

Patris: veni Mater Dei Filii: veni

Sponsa Dei Spiritus Sancti: accipe

coronam, quam tibi Dominus præ-

paravit in æternum, allel. allel.

Oratio.

Deus, qui immaculatam Filii tui Genitricem in Reginam cæli et terræ, et in Matrem et advocatam peccatorum coronari voluisti: concede propitius, ut in regno gloriae tuæ, Ipsâ intercedente, nos quoque coronari mereamur. Per eundem Dominum.

AD MATUTIN.

Invitat. Coronationem Beatissimæ Virginis celebrantes: Christum ejus filium adoremus Dominum, allel. allel.

HYMNUS 308. *Muret.*

Regnator superum quo nitidam die

Matrem sidereis arcibus intulit,

Et supra angelicos conspicuam

choros

Stellanti statuit throno.

Quæ cælo fuerint júbila, qui so-

nus,

Quæ sanctis animis gaudia, non

modo

Humanis nequeant vocibus exprimi,

Sed nec pectore concepi.

Illa est arca novi conscia foderis,

Conclusus, Domini delicia, hortulus, Rastro intactus ager, sidere pulchrior,

El Sponsa et Genitrix Dei.

Felix quisquis eam suppliciter colit,

Rebusque in dubiis sedulus invocat: Nunquam hoc quistatuit præsidium sibi

Spe lusus doluit suâ.

Simplex ætheri Numinis unitas, Quæ distincta eadem est, veraque

Trinitas

Æternis vigeat semper honoribus Et terrâ simul et polo. Amen.

Lect. 1. Noct. ut in die Assumpt.

§. 1. Qui coronat te in miseri-

cordiâ et in miserationibus, Coronans coronabit te sempiterno gaudio

Dominus, et imponet capiti tuo mi-

tram honoris æterni, allel., allel.

§. 2. Surrexit Rex in occursum

Matris, et sedere eam fecit ad dex-

teram ejus, et accipere regium

diademata super caput suum, allel.

allel. §. Et dedit illi potestatem super omnes gentes, fecitque eam reg-

mare.—Et.

§. 3. In perpetuum coronata triumphat Christi Mater, Virgo MA-

RIA, in omni gente et in omni populo

primatum habens, allel. allel.

§. Eris corona gloriae in manu Domini, et diademâ regni in manu Dei

tui.—In.—Gloria.—In.

IN II. NOCT.

Sermo B. Alberti Magni Ep.

De Laud. B. V. libr. 3. §. 13.

LECTIO 4.

Ineffabilis gloriae coronâ Beatissima

Virgo coronata est in cælis, in suâ

Assumptione, quando verus Assue-

rus, id est, Christus dixit Esther

reginæ, quæ interpretatur, elevata

in populus, et signat MARIAM,

quæ exaltata est super choros An-

gelorum, et omnium beatorum ad cælestia regna. Dixit, inquam, et: accede hæc et tange sceptrum, esto regiam dignitatem, esto domina cæli et terræ, esto Regina, et Imperatrix Angelorum et hominum,

sede à dexteris meis, serviens pro æternis in vestitu deaurato, id est,

corpore immaculato. Tu.

§. Signum.

LECTIO 3.

Veni ergo, coronaberis multiplici

victoriâ, videlicet, quia triumphasti

de capite Amana, de vertice Senir

et Hermon, id est, de malitiâ diaboli,

quæ significatur per caput

Amana: de mundanâ sufficientiâ,

quæ per verticem Senir: de perfidiâ

hereticorum, quæ per verticem

Hermon. Coronatur quoque de cubilibus

leonum, de montibus pardorum.

Signant autem cubilia torporem,

et molliem luxuriæ. Per leones

intelliguntur superbi, iracundi,

et potentes hujus sæculi. Tu.

§. Veni de Libano, Sponsa mea,

veni de Libano, * Veni, coronaberis

de Capite Amana, et de vertice Senir,

et Hermon, allel. allel. §. De cubilibus

leonum coronaberis, et de montibus

pardorum.—Veni, coron.

LECTIO 6.

Et nota, quod Apocalypsis dicitur

MARIA coronari stellis, hic promittit

ei Filias, quod coronabitur

de feris, vel de montibus. Et quid

est hoc, nisi quod feræ per gratiam

et orationes MARIE fiunt stellæ,

et convenient caput tantæ Reginae,

ut de stellis ei corona videatur

exhibita, quæ de feris fuerat promissa.

Et hæc est mutatio dexterae

Excelsi. Sicut ergo ex lapidibus sus-

scitantur filii Abraham, sic ex be-

stis creantur stellæ. Quod ergo

promittitur ex impiis, solvitur ex

justificatis. Tu. §. Gloria et honore.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 10. 38.

In illo tempore: Intravit JESUS in quoddam castellum, et mulier quædam, Martha nomine, exceptit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia Sancti Thomæ Archiep. Valentini.

S Conc. 5. in festo Annuntiant. Si verò gratiam vel gloriam consideres, non dubitamus Virginem MARIAM, multò magis excedere in beatitudine supremum Seraphim, quam unus chorus alium: imò quam supremus Spiritus excedat in finem chorum Angelorum, vel spiritum. Cæteris enim per partes, ipsi plenitudo gloriæ collata est. Tu.

†. Posuit Rex diadema regni super caput ejus, * Fecitque eam regnare super universam terram, allel. allel. †. Tu eris super domum meam, et uno tantum regni solio ego te præcedam.—Fecitque.

Bened. Cujus Coronationem.

LECTIO 8

Ipsa enim aliis volat intelligentiâ, profundius penetrat abyssum divinitatis, arcibus hæret amoris vinculo, amplius gustat delectationem suavitalis. Quidquid gratiæ, quidquid luminis, quidquid gloriæ in omnibus Angelis, Patriarchis, Prophetis, Apostolis Martyribus, Confessoribus, Virginitibus est: totum hoc Virgini collatum est. Et una ejus corona omnes aliorum coronas superat, et varietatum splendorem continet. Tu.

†. Circumcinxit eam zonâ gloriæ, et induit eam stolam gloriæ. * Et coronavit eam in vasis virtutis, allel. allel. †. Corona aurea super caput ejus, expressa signo sanctitatis.—Et.—Glor.—Circ.

LECTIO 9.

Est enim in capite ejus quintuplex aureola: scilicet, puritatis cum Virginitibus. Forlitudinis cum Martyribus, Sapientiæ cum Doctoribus, innocentie cum Angelis, Genitricis Dei sine alio partu. Et hoc fortè significant duodecim stellæ, quæ in ejus coronâ in Apocalypsi ponuntur. Duodecim scilicet singulares, et eximie excellentiæ supra cæteras, quæ splendent in Virgine. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES

et per Horas antiphonæ.

1. Ornavi te * ornamento, et dedi torquem circa collum tuum, et coronam decoris capiti tuo, allel. Psalms de Dominico.

2. Corona aurea * super mitram ejus expressa signo sanctitatis, et gloria honoris, allel.

3. Coronasti eam, * Domine, et constituisti eam super omnia opera manuum tuarum, allel.

4. In perpelum coronata triumphat, in omni gente, et in omni populo primatum habens, allel.

5. Coronam auream * portans in capite fulgebant vestibus regis, omnisque civitas exultavit, atque lætata est, allel.

CAPITULUM. Esth. 1. c. 10.

Præcepit Rex... ut introduceret reginam coram rege, posito super caput ejus diademate, ut ostendat cunctis populis, et principibus pulchritudinem illius: erat enim pulchra valde.

Ad Benedict. ant. Data est ei corona, et exivit ut vincens vinceret omnem hæreticam pravitaliam, Ecclesiæ hostes prosterneret, superbos humiliaret, et peccatores converteret, ut regnaret triumphans in æternum allel. allel.

†. †. Quæ in cælis coronata fuit.

CANON.

Ex Paulo Papâ Quinto.
Const. 253. Immense, an. 1615.—
B. R. Tom. 5. p. 4. p. 183.
533. Sole «Deipara» amicta, lunam habens sub pedibus, victrix et triumphatrix, duodecim coronâ stellarum coronari, ac super choros angelorum exaltata, Regina cœli et terræ appellari promeruit. Tu.
Vesperæ ut in 2. Assumpt. Capit. de Laudib.

DIE XX. AUG.

DE VI. DIE INFRA OCTAV.

Semiduplex.

Lect. 1. Noct. Et ait Elias. p. 418.

IN II. NOCT.

Sermo S. Thomæ Arch. Valentini.

Conc. 1. in Ass. B. V.

LECTIO 6.

Hujus admirabilis Assumptionis figura habetur in libro tertio Regum, de Nubeculâ parvâ. Die figuram et expone. Quod dicitur septimâ vice, id est, septimâ alate. Ecce nubecula parva per Humilitatem: alias enim magna erat. Nubes que consistebat in gremio Deum: Capacior erat cœlo ista nubes. Nubes, inquam, levis: nubes sine peccato, ex humore aquæ, id est, carne passibili, sed ardore solis elevabatur, id est, amore Dei per contemplationem in cœlestibus morabatur. Tu. †.

LECTIO 5.

Ecce nubem parvam, quasi vestigium hominis. In Christo JESU caput divinitatis est. Apostolus: caput Christi Deus. In Cantibus: caput ejus aurum optimum. Pes autem ejus est humanitas: ut inlingatur pes tuus in sanguine, id est, corpus. Virgo est vestigium hujus pedis. Quoniam sicut vestigium assimilatur pedi, ita Virgo est vera

imago et effigies humanitatis Christi in totâ vitâ sua. Hæc Virgo ascendebat de mari. Magna gloria Virginis ascendentis dicta est. Quanta lætitia, quantus triumphus. Sed nunquid sine labore? Nunquid sine pugnâ Virgo triumphat? Non certè. Ecce de mari tribulationum, de mari persecutionum ascendit. Tu. †.

LECTIO 6.

Sed quid ait Elias? Nubes ascendit de mari: Achab, ascende, comede, et bibe, quia sonus multæ pluvie est. Virgo ascendit. Virgo levatur ad sidera. Tu, Achab, frater patris: ò popule Christiane, frater per naturam humanam tui Patris, tui Conditoris. Dum enim nostram assumpsit naturam, factus est frater noster, qui erat Pater noster, Conditor noster: Tu ergo frater tui Patris, ascende, comede, bibe in saturitate. Lætare, jucundare, non erit jam terra tua, anima tua, sterilis. Nubes ascendit de mari: pluvia ingens gratiarum irruet. Nimius imber donorum de nube descendet, totam perfundens Ecclesiam, omnes animas fecundans. Tu. †.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 10. 38.

In illo tempore: Intravit JESUS in quoddam Castellum, et mulier quædam, Martha nomine, exceptit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia Sancti Antonii Arch. Florentini.

Serm. 3. de Assumpt. B. V.

Hodiè Beata MARIA exceptit Christum plenitibus in domum suam, tam animæ, quam corporis, quia per gloriæ receptionem ita enim fuit recepta in domo Patris cœlestis, ubi sunt multæ mansiones, id est,

differentiæ præmiorum, quod et ipsum recepit in domum suæ mentis per lumen gloriæ, et impletum est illud, quod per Aggeum prædixit: implebo domum istam gloriâ. Tu. ꝯ.

LECTIO 8.

Si enim de dilectore suo Christus ait: ad eum veniemus, et apud eum mansionem faciemus, scilicet in domo mentis suæ, ego et Pater et Spiritus Sanctus multò magis dicendum est de quolibet Sancto perveniente ad gloriâ, ubi est perfectissima dilectio, quæ hic esse non potest, quod anima beata recipiat Christum in domo animæ suæ per lumen gloriæ, qui enim manet in charitate, in Deo manet per fruitionem, et Deus in eo per comprehensionem, et claram visionem: res enim amata dicitur esse in amante per cognitionem et affectum. Tu. ꝯ. Adamavit.

LECTIO 9.

Commemoratio Beatæ Virginis Panormitanæ de Victoria.

Oclav. Caj. de effig. sieculi.

Cum anno Domini millesimo septuagesimo primo, Panormus obsiderent ab occasu Robertus, et Rogerius à meridie, Deipara nomen, opemque implorarunt, et exauditas preces eventus statim comprobavit, nam eodem tempore in urbem ingressi sunt, Robertus portâ ferreâ, et Rogerius augustiâ, cui tunc à Victoriâ nomen est. Firmâ famâ circumfertur Rogerio se videndam obtulisse exercitum Regnam, quæ vexillum manu proferens animos faciebat, aditumque in urbem præstabat. In eo loco templum adificatum est, et Imago Sanctissimæ Deiparæ vexillum manu gestans in beneficii memoriam. Tu.

Te Matrem.

CANON.

Ex Synodo Jerosolymitanâ.
A Dositheo an. 1672. habitâ.—
Bened. XIV. etc. Fest. B. V.
c. 8. n. 17.

354. Ipsa est proculdubio Virgo Sanctissima, qua magnum in terrâ signum cum exilerit, eo quod Deum in carne genuit, et post partum integerrima Virgo permansit, rectè etiâ signum esse dicitur in cælo, eo quod ipsa cum corpore assumpta est in celum. Tu.

Vesperæ ut in die Assum. Psalmi de feriâ.

DIE XXI. AUG.

SEPT. DOTUM BEATITUD.
B. MARIE V.

Duplex major.

Omnia ut in die Assumptionis.

Oratio.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui Unigenitum tuum sacratissimam Matrem æternæ beatitudinis gloriâ munerasti: concede propitius, ut qui cælestes ejus Dotes commemoramus in terris, eâdem intercedente, ipsis perfruere mereamur in cælis. Per eundem Dominum.

IN I. NOCT.

De Epistolâ primâ Beati Pauli Ap. ad Corinthios.

LECTIO 1. c. 15. 35.

Sed dicit aliquis: quomodo resurgunt mortui? qualive corpore venient? Inspiciens, tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum, ut puta triticeï, aut alijus cæterorum Deus autem dat illi corpus sicut vult, et unicuique seminum proprium corpus. Non omnis caro, eadem caro: sed alia quidem hominum, alia

LECTIO 5.

verò pecorum, alia volucrum, alia autem piscium. Tu. ꝯ.

LECTIO 2.

Et corpora terrestria, et corpora cælestia: sed alia quidem cælestium gloria, alia autem terrestrium: alia claritas lunæ, et alia claritas stellarum. Stella enim à stellâ differt in claritate: sic et resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloriâ: seminatur in infirmitate, surget in virtute: seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Tu. ꝯ.

LECTIO 3.

Si est corpus animale, est et spirituale, sicut scriptum est, factus est primus homo Adam in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem. Sed non prius, quod spiritale est, sed quod animale: deinde quod spiritale. Primus homo de terrâ terrenus: secundus homo de cælo cælestis: qualis terrenus, tales et terreni: et qualis cælestis, tales et cælestes. Igitur sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem cælestis. Tu. ꝯ.

IN II. NOCT.

Ex Verbis S. Bonaventuræ Ep. in Speculo Beatæ Virginis. c. 6.

LECTIO 4.

Gratia Beatitudinis MARLE consistit in septem dotibus corporis et animæ. Quodlibet enim corpus gloriificatum habet quatuor dotes gloriosas, videlicet dotem miræ claritatis, dotem miræ subtilitatis, dotem miræ agilitatis, et dotem miræ impassibilitatis. Et si omnium beatorum corpora his quatuor dotibus Deus glorificavit, quanto magis corpus istud, quod gloriificatum omnium genuit? Tu. ꝯ.

Quid mirum, si dote claritatis clarissima sit in cælo, quæ dono sanctificatis tam clarissima fuit in mundo? Quid mirum, si dote subtilitatis subtilissima sit in cælo, quæ dono humilitatis tam subtilissima fuit in mundo? Item, quid mirum si dote agilitatis velocissima sit in cælo, quæ dono pietatis tam velocissima fuit in mundo? Item quid mirum, si dote impassibilitatis impassibilis sit in cælo, quæ dono patientiæ et æquanimitatis tam impassibilissima fuit in mundo, ut ipsa nec minimum impatienciæ, vel odii vulvulus sentiret, cum suam ipsius animam doloris gladius pertransivisset? Tu. ꝯ.

LECTIO 6.

Cæterum si tanta est gloriâ gloriosissimi Corporis MARLE, quanta putas est gloriâ suæ beatissimæ animæ? Quod licet certè beata anima tres habeat dotes, ipsam beatificantes, videlicet, dotem miræ cognitionis, miræ dilectionis, et miræ fruitionis, vel secundum modernos quosdam, dotem visionis, fruitionis, et tentionis: quocumque autem modo dotes animæ accipiuntur, certum est, quod dotes animæ MARLE omnium animarum dotibus præferantur. Nam si omnes animæ his dotibus beatificantur in cælo, quanto magis anima ejus, quæ omnium animarum beatificatorem genuit in mundo? Tu. ꝯ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 10. 38.

In illo tempore: Intravit JESUS in quoddam castellum, et mulier quædam, Mar'ha nomine, excepit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia S. Bernardini Senensis.

Serm. de Assumpt. B. V. a. 1. c. 1.
Gloriosa Virgo et Mater in animâ

simul et corpore glorificata in coelis assumpta est, et ad Filii dexteram collocata. Dignè igitur de illà intelligi potest, illud: *Mulier gratiosa inveniet gloriam, scilicet tam in animà quàm in corpore glorioso. Meritoque ergò dicitur: amicta sole, quia gloriosa est in quadruplici dote designata in sole: habet enim sol primò claritatem, seu luciditatem: secundò subtilitatem: tertio impassibilitatem: quartò agilitatem.* Et has quatuor dotes tantum sol habet Beata Virgo in suo corpore glorioso. Tu. *¶*

Benedic. Cujus Beatitude.

LECTIO 8.

Advertendum est autem, quòd secundum Dionysium ad Dioscorum: Beatitude non erit corporum, sed ab animabus redundat in corpora: fit autem hoc modo. Primò enim intellectui propter meritum fidei datur visio Dei ineffabilis veritatis. Secundò verò propter meritum spei memorià dabitur lentio, seu possessio in patrià inamissibilis dignitatis. Tertio autem voluntati propter meritum viaticæ charitatis dabitur dilectio, seu fructio in spiritu, scilicet infastidibilis bonitatis. Quarto quia ex divinà visione, fruitione atque possessione Spiritus agilis et promptus erit ad tendendum in Dominum: idèò in suo corpore glorioso summam agilitatem et promptitudinem præstabit. Et hæc est gloria singulorum et omnium beatorum. Tu. *¶* Adamavit.

LECTIO 9.

His igitur declaratis, diligenter pensandum est, quòd fides Virginis benedictæ tantæ fuit luciditatis, et spes tantæ fuit stabilitatis, et charitas tantæ fuit immensitatis, quod superat omnem fidem, omnem spem, et omnem charitatem totius naturæ rationalis simul sumptæ.

Considera, quòd fuit Mater Dei, ad quam maternitatem peringere minimè possent propter suam fidem, spem, et charitatem omnes creaturæ rationales simul sumptæ, etiamsi uni tantummodò creaturæ illas communicaret. Sed quanta fuit perfectio prædictarum virtutum in Virgine gloriosâ, et quantum est præmium earundem in cælo, tantum per redundantiam gloriæ animæ in Virginis gloriosum corpus apparet in prædictis dotibus gloriosum. Tu. To Matrem.

CANON.

Ex D. Augustino Episcopo.
De Assumpt. B. V. apud D. Bonav. Spec. 5.

355. MARLE anima claritate fruitur Christi, et gloriosis ejus amplexibus semper præsens, semper conspiciens, semper videre si liens inæstimabiliter patitur. Tu. *Vesperæ sequentis ut in 1. Vesp. Assumptionis.*

DIE XXII. AUG.

OCTAVA ASSUMPTION. B. V. M.

Duplex majus.

AD MATUTIN.

HUMNUS 309. *S. Petr. Dam.*
Aurora velut fulgida
Ad cæli meat culmina:
Ut sol MARIA splendida,
Tanquam luna pulcherrima.

Regina mundi hodiè
Thronum conscendit gloriæ,
Illum innixa Filium,
Qui est ante Luciferum.

Assumpta super angelos,
Excedit et Archangelos:
Cuncta sanctorum merita
Transcendit una femina.

Quem fovat in gremio
Locarat in præsepio,
Nunc regem super omnia
Patris vidit in gloria.

Pro nobis, Virgo virginum,
Tuum deprecce Filium:
Per quam nostra susceperat,
Ut sua nobis præbeat.

Sit tibi laus, Altissime,
Qui natus es ex Virgine;
Sit honor ineffabili
Patri, Sanctoque Flamine. Am.
Lect. 1. Noct. ut in die Assumpt.

IN II. NOCT.

Ex Benedicto XIV. Pontifice
maximo.
In festis B. V. M. c. 8. n. 27.

LECTIO 4.

Præclarissima hujus celebritatis Assumptionis Beate Dei Genitricis octavam diem, quæ minimè Romæ celebrabatur, vigiliis sacris, matutinisque cum omni clero pernoctans laudibus in Basilicâ ejusdem semper Virginis Domine nostræ, quæ foris muros juxta Basilicam Sancti Laurentii Mariyris sita est, Summus Pontifex Leo quartus prius omnium celebrari præcepit anno oclimogentesimo quadagesimo septimo. Tu. *¶*

LECTIO 5.

Hujus autem festivitatis octavæ institutionis causa hæc fuit: cum initio Pontificatus Leonis basiliscus propè Ecclesiam Sanctæ Lucie in Orphea pestilenti anhelitu suo omnes necaret, quotquot ad ejus latibulum accederent, Pontifex ipso assumptionis Beate MARLE festo die, præeunte sanctissimæ Dei Genitricis imagine cum Cleri sui comitatu ad illud accessit latibulum, ut feræ virtutem dissiparet. Tu. *¶*

LECTIO 6.

Cum verò ad illud pervenissent, et jusisset Pontifex populum, qui eum sequebatur consistere, Deum observavit, ut ab illà peste populum liberaret, vti que compos factus est: ab eodem enim die ipse mor-

tifer basiliscus illà effugatus, et ab ipsis projectus est antris, ut ultra in illis locis nulla læsionis ejus macula appareret. Tu. *¶*

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.
LECTIO 7. c. 10. 38.
In illo tempore: Intraivit JESUS in quoddam castellum, et mulier quædam, Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Serm. 2. in Assumpt.

Quid introisse eum dicimus in Castellum? Etiam in augustissimum virginalis uteri diversorium introivit. Denique et mulier quædam excepit illum in domum suam. Felix mulier; cujus domus, Salvatore suscepto, inventa est munda quidem, sed planè non vacua. Quis enim vacuum dixerit, quam salutem Angelus gratiâ plena? Neque hoc solum, sed adhuc quoque in eam superventurum asserti Spiritum Sanctum. Tu. *¶* Paululum.

LECTIO 8.

Ad quid putas, nisi ut etiam superimpleat eam? Ad quid nisi, ut adveniente jam Spiritu plena, sibi eodem superveniente, nobis quoque superplena, et superfluens fiat? Uinam fluant in nos aromata illa, charismata scilicet gratiarum, et de plenitudine tantâ omnes accipiamus. Ipsa nempe mediatrix nostra. Ipsa est, per quam suscepimus misericordiam tuam, Deus. Ipsa per quam et nos Dominum JESUM in domos nostras excipimus. Et nobis enim singulis castra sunt singula, et singulæ domus, et sapientia pulsata ad ostia singulorum. Tu.

¶ Adamavit.

LECTIO 9.

Commem. Sanctæ MARLE Angelorum et Martyrum.

Apud Balingh. die 23. Mart.
Romæ die decimâ quintâ Augusti sub Julio tertio, Thærmæ diocletianæ per Episcopum Sebastenum in honorem Sanctissimæ MARLE, et septem Angelorum et martyrum sunt dicatæ. Duæ aræ ibidem sunt erectæ, et sacra quoadmodum celebrari cæpta. Templum porro istud Deiparæ, tum spatii magnitudine, tum structuræ immensitate, tum insigni formâ, ac perfectæ crucis figurâ est in primis admirabile, ac præclarum, altissimis fornicibus, ac ingenti luminis claritate iucundum, deniquè multorum millium martyrum sudore, qui in hæc ingenti mole construenda, more servorum laborare cogebantur, sanctum, ac venerabile, ac præcipuè Deiparæ memoriâ inclitum, et celebre. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex Synodo Jerosolymitanâ à Doritheo anno 1672. habita Bened. XIV. de fest. B. V. c. 8. n. 17.

336. Quamvis conclusum in sepulchro fuerit immaculatum Corporis «Sacætæ Virginis» Tabernaculum, in cœlum tamen, ubi Christus fuerat assumptus, tertio et ipso die in cœlum migravit. Tu.

Cum 2. vesper.

DIE XXIII. AUG.

SS. TUNICARUM B. M. V.

Duplex.

Lect. 1. Noct. de fr. occur.

IN II. NOCT.

Sermo S. Simeonis Metaphrastæ. Apud Surium.

LECTIO 4.

Anno quadringentesimo sexagesimo Galbicus et Candidus fratres, sub Leone Magno Imperatore, curam gerentes exercitûs, cum ad sacra loca quæ sunt Jerosolymis invis-

da profecti fuissent apud quandam anum Hebræam excipiuntur hospitio, eos sic divinâ gratiâ ducente, Cum eos ante tempus vocaret ad cœnam, ubi accubissent, vident interius aliam domunculam, quæ multò quidem lucernarum lumine et unguentis suave spirabat: in eâ autem solum magnam multitudinem ægrolorum. Apud anum viri illi precibus egerunt, ut eis id significare non recusaret, quænam essent ea quæ fiebant domo interiori. Illa autem veritatem celabat, et dicebat se nihil scire, nisi quòd locus esset divinâ gratiâ plenus. Tu. ß.

LECTIO 5.

Illi verò hoc mulieris responso evadunt avidiores inveniendi ejus quod quærebant, et omnem movebant lapidem, ut mulier eis id quod tacerat, in apertum proferret, quin etiâ jurisjurandi necessitatem adhibebant. Cum sic eam omni ex parte adstrinxissent, vix tandem persuadent, ut eis rem aperiat: Cum itaque ex alto, et lacrymis suspirasset, et in terram fixisset oculos, perindè ac si eam puderet enuntiare: O viri, inquit, nunquàm hoc mysterium viro evasit manifestum. Quæ enim ex genere meo me præcesserant, jurejurando adhibito, uni mulieri, eique virgini, ita traderent, ut singulis ætatibus ea res sic traderetur. Sed quoniâ video vos esse viros pios, et quia non alia superest post me Virgo, cuius fidei à me possit credi cogitatio mysterii, rem modò vobis aperiam. Tu. ß.

LECTIO 6.

MARLE illius Deiparæ (hoc enim est nobis ab alto traditum) hic custodita sita est vestis. Etenim Deipara vitam finiens duabus mul-

eribus virginibus suas vestes donavit loco benedictionis. Ex quibus una fuit ex mei generis majoribus, quæ id accepit, et in arcâ depositit: et omninò jussit iis qui erant sui generis, ut esset virgo unaquæque, quæ eam acciperet. Cum hæc audissent, obstupuerunt viri illi, et totam noctem eo in loco perseveraverunt in oratione. Et cum ægrolantes vidissent somno oppressos, metiuntur arcem, et ejus speciem et habitudinem accuratè considerant. Deindè manè egressi versus Jerosolymam iter inierunt. Statim illic pervenit, arcem secretò formâ et figurâ et magnitudine illius quam viderant, construere jubent, et iterum redeunt in viam Hebrææ, et totam noctem in sacro habitaculo transigentes, novam arcem in loco illius, quæ asservabat thesaurum apponunt, et summo manè profecti, Constantinopoli sacram vestem in Blachernis deposuere. Tu.

Homilia de Comm. pro Duplic.

LECTIO 9.

Commemoratio Beatiæ Virginis in Viâ.

Baling. de 7. Decemb.

Romæ versus sequiseculum decimum tertium, cum Imago quedam in tabulâ, depicta in tegulâ, per imprudentiam dejecta esset in puteum, qui quidem ad equorum stabulum, ac prope viam publicam, undè templum postea denominatum est, situs erat in ædibus Cardinalis Capocci. Noctè porro quedam exundantibus putei aquis, et equile ipsum inundantibus, equorum strepitu exciti famuli, eam Imaginem aquis super natantem, licet ex se gravem, conspexere. Mox Cardinalem docent, qui magnâ pietate primum domi suæ imaginem reposuit, mox Innocentii Quarti, jussu ediculam ædificavit, in quâ imago

est collocata, et tandem Patres Servitæ eam in ampliore formâ extruxere. Puteus verò ille intra templum concluditur. Eâ ex aquâ ægroti potissimum bibunt; vocatur autem templum Sanctæ MARLE in Viâ. Tu. Te Matrem.

Vespera de sequenti.

DIE XXIV. AUG.

SS. RELIQUIARUM B. M. V.

Duplex majus.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui sanctissimas Genitricis tuæ Reliquias veneramus in terris, ipsâ interveniente, æternis gaudiis perfruamur in cælis. Qui vivis.

Lect. 1. Noct. de Comm.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Spinelli de Deipar. c. 29. p. 399. Reliquiæ sanctissimæ Virginis diversis in locis et urbibus in Ecclesiâ honorificentissimè et religiosissimè conservantur, iisque quàm plures, et augustissimæ extructæ sunt Basilicæ. Quamvis enim Deiparæ et animâ et corpore in cœlum assumpta ad Filii dexteram beatissimo ævo perfrauit; pretiosissimum tamen Reliquiarum ejus thesaurus, sacratissimi nempè lactis, pilliorum, vestium, aliarumque rerum quibus, dum in terris agebat, utebatur, ad nostrum solatium ac præsidium divino consilio relictus fuit, et fidelium pietate servatus, quasi per manus ad posterum transmissus. Tu. ß.

LECTIO 5.

Ex sacratissimis ejus capillis, quos flavos fuisse Nicephorus affirmat, pars aliqua asservatur Romæ præsertim, Oveti in Hispaniâ, Aquisgrani in Germaniâ, aliisque etiâ